Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift

seu facies dei patris. parare vias eius Ad dandam
scienciam plebi eius. in remissionem peccatorum eorum Per viscera
misericordie dei nostri. in quibus visitavit nos oriens ex
alto sinu patris Illuminare hiis qui in tenebris et
in umbra mortis sedent. ad dirigendos pedes
nostros in viam pacis.

Liber generacionis ihesu christi
filii david secundum humanam naturam. filii abraham Abra-
ham genuit ysaac. ysaac autem genuit iacob Iacob autem
genuit iudam et fratres eius. iudas autem genuit phares et zaram
de thamar phares autem genuit esrom Iste phares cum iu-
da patre suo et iacob avo suo descendit in egiptum
et ibi genuit esrom. esrom autem genuit aram. aram autem genuit
aminadab. et aminadab naason. Iste naason cum
patre suo exiit de egipto et ideo fuit princeps in tribu
iuda in deserto post patrem suum Naason autem genuit
salmon. salmon autem genuit booz de raab Que licet
fuit de gente chananeorum fuit tamen dispensative coniuncta
ipsi salmon in matrimonium licet enim esset prohibitum filiis
israel ne ullo modo contraherent cum chananeis matrimonia.
ne per chananeas a cultu veri dei averterentur et ad ydola
converterentur. tamen quando aliqua persona inveniebatur fidelis et
ex fide veri dei aliquid magnum egisse sicut fecit ista ra-
ab in salvatione exploratorum. Et dispensabatur ut posset
coniungi in matrimonium cum filiis israel Booz autem genuit
obeth ~~esrom~~ ex ruht. que erat coniuncta ipsi booz qui erat
nobilior de civitate bethleem propter actum virtutis. quia
pro fide veri dei suscipienda reliquit terram suam et ve-
nit in iudeam cum socru sua noemi Obeth autem genuit
iesse. iesse autem genuit david regem. qui solus rex